



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

SS. Quiricus & Julitta MM. 16. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

300 VITÆ SANCTORVM. 16. Junii.  
non furem prædonemq; iameas, non rubiginem, non iyy-  
ramnum : qui apud Deum dives est, pauper esse nun-  
quam potest. Laetant. in Epit. Instit. c. 12.

SS. QUIRICUS & JULITTA MM.  
16. Iunii.

**D**atur optio; exempla Christianæ fortitudinis  
à trienni puer, an feminâ malis petere: hujus  
sextûs, illius ætas convitum facient ignaviæ tuæ,  
si detrectas vel desperas sequi hos duces; & audies  
sanè quod olim Augustinus: *An non potes quod iste  
& ista?* Exercebat Tarsi quæstionem de Christia-  
nis Alexander. **JVLITTA QVIRICVM** filiolum ul-  
tro ad tribunal non duxit, sed tulit, puto n'e un-  
cum Abrahæ in' hanc rem facinus ostendi generi  
humano posset. Alexander in disparem prædam  
non eodem affectu graffatus, matrem atrocissimè,  
filium blandissimè excepit, haud scias in leoninâ  
an vulpinâ pelle nequior. Certè **QVIRICVS** illius  
receptus sinu, appetitus osculis, inescatus promis-  
sis, nullum, neque plorandi, neque quiritandi fi-  
nem fecit; cum **JVLITTA** contrâ pendens in equu-  
leo, & taureis consissa, gemitum nullum ederet,  
ut propriâ amborum confessione constaret, utrius  
conditio esset iniquior. Consumptis lacrimis, im-  
bellia etiam arma expedivit triennis heros, &  
nuper natos dentes tenerosque unguis strinxit in  
adulatorem suum, luctando effecturus, ne mitior  
in se, quam in matrem esset. Et potitus est voto  
suo; Alexander ad tribunalis gradus victori ani-  
mam elisit. Quid mater? nunquam lætiore vultu  
suum pignus aspergit, idemque beneficium popo-  
scit, ut quam citissimè eum assequeretur. Impe-  
travit: laniata unguis, perfusa pice cervicem  
fecusi

16.Iunii. VITA SANCTORVM. 301  
securi subdidit: sed quantumcumq; properaret, si-  
lius cælū subeunti jam coronatus occurrit. Ex Sur.

Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur,  
sed devote quoque menis servitus immaculata quoti-  
dianum Martyrium est. Illa corona de rosis & violis  
plebitur, ista de liliis. S.Hieron.in Epitaph.Paulæ.

S. LUDGARDIS VIRG. 16.Iunii.

**N**ulla pulchrior virginitate est virtus, quæ  
DEVM etiam hominis facit rivalem. Ambie-  
rant LVDGARDIS thalamum complures, nec igno-  
biles terræ filii, & ex his familiariūs uni fortè lo-  
quebatur, cum ei sanctior sponsus CHRISTVS pe-  
ctus suum, & in pectore cor saucium ostendit, &  
extra hoc nihil deinceps jussit querere. Inde vi-  
delicet humana omnia usque adeò illi jam vi-  
lescere, ut præter crucifixi nulos amores scirer,  
præsertim ubi ab ejusdem vulneris nectare ebria,  
tota jam ibi habitabat, ubi sanctior amor degit.  
Deposuerat DEI MATER apud LVDGARDEM que-  
relas suas, quibus filium ab Albigensibus hæreticis  
iterum in crucem agi dolebat. Hic ut luctum vir-  
go suum testaretur, VII. annorum sibi jejuniū  
indixit, alterumque æquè longum pro peccan-  
tium salute adjecit, & subinde SPONSVM irato PA-  
TRI vidit supplicem, & vulnera velut clypeum  
pro orbe perituro objicientem. Martyrii deside-  
rio tam bulliebat in amante sanguis, ut arteriam  
aliquando ruperit, cælumque idem præmium,  
quod martyribus spoponderit. Sacrum epulum  
adire inter Angelos non semel, quandoque etiam  
inter MARIAE & D.Joannis comitatum visa est.  
Ante obitum oculis orbata, nunquam tamen ma-  
gis cælestia, quam tum vidit. Morienti enim cum

N 7

MA-